

**R. P. Valerii Reginaldi Bvrgvndi Seqvani E Societ: Iesv,
Praxis Fori Poenitentialis**

Ad Directionem Confessarii, In Vsv Sacri sui muneris ...

Regnault, Valère <1543-1623>

Mogvntiæ, 1617

Cap. 10. De peccatis contrariis Charitati in Deum,

[urn:nbn:de:hbz:466:1-78477](#)

ad Dcī honorem defendendum, qui alioqui periclitatur, vel ad diuinam amicitiam habitam retinendam: vt censetur esse, quando alioqui succumberetur tentationi peccando mortaliter: aut ad amisam recuperandam eo tempore quo contritio eam requiriens, posita est in p̄cepto, de quo dictum est in p̄ced.lib.5.cap.2.lect.4.Ratio vero illa potest, quod cum actus amoris liberimus esse debeat, consentaneum sit existimare, Deum ea benignitate nobiscō agere, vt ad eum non obliget nos sub p̄cna grauiissima peccati mortalis, nisi pro eo tempore quo necessarium est ad ipsius honorem alioqui periclitantem defendendum, aut ad habitam retinendam, vel amisam recuperandam ipsius amicitiam.

99. Sed aduerte ex Nauar. in cit. cap.11.num.8.p̄ter dictū Dei amorem qui debeat esse ex charitate non facta ad Timoth.1. id est, esse Dei quatenus per fidem supernaturalem cognoscitur finis supernaturalis, & omnium bonorum supernaturalium auctor est supernaturalis. Aduerte inquam, dari alium iustitiae inferiorem & imperfectum, quo Deum absolute amamus ut creatorem nostrum & gubernatorem, prouidentem nobis de necessariis, ac fuitatem nos eripiente m̄ malis, conseruentemque nobis multā beneficia. Ad hunc autem nos extra memorata tempora obligari, siue minus principali p̄ceptum de quo agimus; siue principali p̄ter naturale rationis dictamen: quo intimatur nobis talis obligatio. Quamquidem probabile est tunc dictum sub mortali contingere, cum ex illius omissione, adest periculum peccandi mortaliter: vt cum p̄ceptum aliquod diuinum vel humanum obligans sub mortali, mandandum est executioni: idque fieri nequit sine aliquo Dei amore. Nam extra eum casum omisso contraria, vix est cum notabili iniuria Dei, si contemptus aut alla mortalis circumstantia absit. Quanquam consultum est, vt notat Gregor. à Valen. in fine citati puncti primi; aliquando in confessione accusare se sub dubio si forte p̄ceptum istud sit neglegētum: sicut & de omissione aliorum p̄ceptorum affirmatiuorum, de quibus non constat certò, quando obligent, & quando violentur: etiamsi absolute non teneamur confiteride eo in quo nec scimus, neque ob aliquā peculiariā ratione dubitamus, nos peccasse.

Circa secundam partem propositi p̄cepti, notandum est cum D. August. loco cit. eo ipso, quod praecepit vt homo diligit proximum sicut seipsum, presupponere quod debeat ipsum diligere. Notandum est vero, per talem suppositionem non praecipi homini vt diligit seipsum amore naturali(cum potius frāno quam calcari ad id indigat) sed vt amore supernaturali, quo propter Deum supernaturalem suum finem, & ideo ordinate, amat seipsum.

Circa tertiam demum partem, notandum est in ea, nominē proximi intelligi, omnem eum quonobiscum potest eiusdem beatitudinis particeps esse; vt potest omnis homo vitam hanc agens siue fidelis sit, siue infidelis: siue infensus siue peccator: siue amicus siue inimicus: cum dictum sit in priori ad Timoth. cap.2. quod Deus velit omnes homines saluos fieri. Illi autem qui a iusto iudice Deo irrevocabiliter exclusi sunt ab aeterna beatitudine, ex charitate amandi non sunt: quia consentaneum non est, vt iis quos Deus tanquam hostes haberet, velimus beatitudinem, aut eos in ordine ad illam diligamus. Notandum item est amorem proximi ex charitate Christiana, debere esse propter Deum; illum enim amare alio intuitu, vt quia eiusdem nobiscum est natura, amicus, consanguineus, magister, sodalis, &c. amoris est naturalis.

C A P . I. De peccatis contrariis charitati in Deum.

S V M M A R I V M .

100 Odium Dei sumitur tum generaliter, tum specialiter.

101 Hoc posterior modo est peccatum contrarium charitatis in Deum: & qualiter contingere posse.

102 Secundum peccatum eidem ch. gratiati contrarium est, tum diligere Deum propter aliud: tum diligere cetera omnia non propter Deum.

103 Tertium peccatum, magis aut æque diligere creaturam ac Deum.

104 Indirecte plus diligere creaturam, quam Deum n, non est contra p̄ceptum.

P R AETER peccatum omissionis, quod committitur non eliendo amorem Dei super omnia, quo tempore iuxta predicta p̄ceptum illius obligat, tun alia tria charitati erga Deum contraria: quorum primum est, contra substantiam amoris Dei; nempe odium Dei. De quo D. Thomas 2. 2. q̄st 34. art. 2. Dupliciter autem sumitur odium Dei; uno modo generaliter & negative, prout opponitur charitati, quæ est generalis quædam conditio & modus omnium virtutum: hocque modo quicumque transreditur aliquod p̄ceptum peccando mortaliter, dicitur odio habere, seu non diligere Deum, prout dici posse, colligitur à contrario sensu, ex verbis illis Domini Ioan. 14. Qui habet mandata mea & seruat ea, ille est qui me diligit. Item ex illis quæ paulo post ibid. habentur: Si quis diligit me, sermonem meum seruabit Atque odium istiusmodi non est speciale peccatum, sed circumstantia omnis peccati.

101. Altero modo odium Dei sumitur specialiter & positive, prout opponitur charitati quæ est specialis virtus; sive in praefentiis de eo agitur: & est peccatum omnium grauiissimum ex D. Thoma loco citato; paterque ex eo, quod actu p̄stantissimo diuini amoris, ex diametro repugnet. Quanquam ex defectu plena deliberationis, ac cum fuerit actus surreptitus, non est peccatum plus quam veniale, vt nec certa suo genere mortalia pertradicata in p̄ced.lib.15. sub initium quarti capit. Iam cum Deus possit duobus modis considerari: altero secundum se, & altero secundum suum effectum externum: nempe quatenus punit, infligit vicenam: priore modo non potest odio haberi, nequidem à dæmons, quoniam ex ratione est summum bonum, nihilque in se haber nisi bonum, quod obiectum est tantummodo amoris, & nullo modo odij. Posterior modo vero, potest odio haberi à peruersa, & depravata voluntate: non vero à recta: sicut puer peruersus, non autem bonus, patrem videt quatenus ipsum corrigit ac puni.

102. Secundum peccatum est contra modum amoris Dei (in hoc iuxta antedicta consistentem, vt Deus ipse propter se, & propter ipsum omnia diligatur) tum diligere Deum propter aliud, quod peccatum est grauiissimum, utpote quo creatura sic prefertur Deo, quod ipse non amaretur, nisi illa paranda videretur. In quo sit ipsi Deo summa iniuria, vt de se patet. Tum etiam diligere alia omnia propter aliud quam Deum: quod item est peccatum grauiissimum, utpote quo creatura constituitur rerum finis ultimus cum summa Creatoris iniuria. Vbi aduentum est, quod etiam si nunquam aliis finis ultimus statui debeat quā Deus, non esse tamen semper malum creaturam sibi pro fine principaliter constitutere: vt quando quis laborat principaliter pro mercede, habendo tamē Deum pro ultimo fine; aut mandata Dei obseruat propter retributionem: quod licet definit Concil. Trid. fest. 6. cap. II. in fine & cap. 16. & can. 2. 6. & 31. per illud Psal. 118. Inclinavi cor meum ad faciendas iustificationes tuas in æternum propter retributionem:] & illud de Moysi dictum in cap. 11. Epist. ad Hebreos. Respicit haec in remuneracionem.] Vidende sunt regulæ iudicandi de peccatis ex fine quas tradidimus in p̄cedenti libro 6. cap. 2. & 3.

103. Tertium peccatum, est contra generalitatem amoris Dei; nempe magis aut æque amare creaturam, ac Deum: hoc enim repugnat quantitatib⁹ diuini amoris: qui postulat vt Deus super omnia diligatur. Quod locum habet tantum, quando quis Deum amat minus vel non plus, quam aliud comparative: vt cum siue aetu, siue virtute: & siue expresse siue tacite (vt censetur is qui deliberate ad frumentum delitatis cupit perpetuo vivere in hoc mundo) gerit animum quo æque vel amplius estimat vel amat aliud,

quam

comparatione cura quacumque creatura, quam plus, aut et que aestimes, non est quidem malum: amorem tamen imperfectus est: quoniam si non minus, saltem non plus caratione amatur Deus, quam amaretur creatura. Quia dicitina est Nauarri in Ench. cap. I. num. II. & cap. II. num. 8. & 15.

104. In quo tangit etiam (D. Thoma & Soto citatis) quod non est hic tacendum: indirecte creaturem plus diligere quam Deum, non esse contra hoc preceptum: quia id contingit omni peccanti mortaliter: qui quatenus vult aliquid contra Dei preceptum obligans ad mortale, censetur indirecte plus diligere illud, quam Deum: At non omnis peccans mortaliter, transgreditur hoc preceptum: aliqui enim quies quis peccaret mortaliter, committeret duplex peccatum mortale: unum contra illud, & alterum contra aliud preceptum: ut contra secundum Decalogi, si peccaret, & sic de aliis: quod minus durum est.

CAPUT XI.

De peccatis contrariis charitati in nosmetipso.

SUMMARIUM.

105. Peccatum per excessum contra charitatem in nosmetipso.

106. Peccatum per defectum contra eamdem.

107. De acedia, in quo consistat, & unde oriatur.

108. Acedia peccatum est de se mortale, & quomodo veniale sit ex accidenti.

109. De sex filiis Acedia, quomodo in quaque earum sit peccatum, & quale.

105. CONTRA charitatem seu amorem nostri ordinatus, peccare possumus, tum per excessum, tum per defectum: per excessum quidem cum nosipos nimis amamus: quod tunc solum censeretur de se mortale, tanquam destruens in nobis charitatem, cum per illud preferimus nos Deo; quod charitatis repugnat: non autem cum preferimus nos proximo, quia post Deum in ordine charitatis secundus locus nobis datur. Hoc genere peccati indicandus est contaminare se, qui pœnam inferni ita timet & præmium beatitudinis ita expectat à Deo, ut id ipsum quod timet vel sperat, Deo præferat. Secum statuimus quod noller obtemperare Deo, sitale malum non immineret, aurale bonum non esset habendum.

106. Per defectum vero contra eamdem charitatem possumus peccare non diligendo nos satis: ut contingit cum salutem nostram sive temporem sive spiritalem negligimus. Ut autem neglegimus salutis temporalis peccatum sit mortale, tres conditiones requiriuntur. Prima, ut malum quod inde prouenit negligenti sit graue: ut mors, mutilatio, morbus grauius & diurnus. Secunda, ut idem negligens aduertitur, aut aduertisse debuerit talis malum, ex tali neglectu sequiturum. Vnde excusari possunt à mortali, qui ex gula comedunt nonnulla quæ mortem ipsius adferunt, cum mortifera esse nesciant ne teneantur scire; ut hec studere medicina. Tertia, ut non sit ratio, nisi causa curis patiatur tale corporis detrimentum. De negligentia vero salutis spiritualis iudicandum est, tum per hoc documentum. Quod mortaliter peccet quisquis bonum tempore praefat æternæ sua soluti; ut si quis sint ad illam necessaria; ut est obseruator preceptorum: tum pereat quæ traditur de acedia capitali vitio, de qua pluribus quidem D. Thomas 2. 2. quæst. 35. sed sufficiet ad iuostrum institutum sequentia notasse.

Notanda de Acedia.

107. PRIMUM est, quod acedia negligentiam quamdam importet, indicari tum ipso nomine quod Græcum est ἀκέδια, Latine sonans incuriam: tum etiam per illud quod ex D. Damasceno D. Thomas habet art. I. eam esse quamdam tristitiam aggrauantem, siveque deprimentem hominis animum, ut ei nihil agere lubeat. Consistere au-

tem in tristitia qua homini bonum suum spiritale displaceat. Quod bonum, est tum beatitudo æterna, tum bona ad eam consequendam ordinata: ut charitas, opera virtutum, pœcepta divina, sacramenta & huiusmodi alia: adeo ut homo ipse quai nolit, & fastidiat, se capacem esse talis boni, siveque ad illud ordinari; atque rerum spirituum velut nauicam patiatur. Quodquidem ostendit ex duplice fonte: nempe ex nimio affectu, quo res temporales prosequuntur: & ex aversione quam habet à laboribus & curis, quibus spiritalia bona sunt comparanda. Quæ auctoribus sequi solerit prædictum affectum, per quem perditur gaudius bonorum spirituum, eoque perditio diuina tanquam laboriosa auerari contingit.

Secundum est, acediam pœccatum esse de se mortale: quod D. Thomas in seq. art. 3. probat: tum per illud D. Pauli in 2. ad Cor. cap. 7. Tristitia seculi mortem operatur: tum quia repugnat charitati, danti vitam animæ. Cuius repugnans manifestum argumentum est, quod charitatis sit ad gaudium (ipsi accedit oportet contrarium) nos inclinare. Etenim is qui ex charitate diligit se propter Deum, consequenter gaudet de bono diuino, per quod ipse ad Deum ordinatur. Quia igitur peccatum mortale est illud quo anima charitatem amittit, quia vivit Deo: faneccidia indicanda est peccatum esse de se mortale.

Excedenti aurem censebitur venialis. Tum quando plenus rationis consensus defuerit: ut solerit, cum subioriuntur tristitia quædam inferna; quibus consensus plenus non adhibetur. Tum etiam quando materia censenda est hoc nomine leuis, quod homo non tristetur vere de bono diuino secundum se: sed secundum aliquam circumstantiam loci aut temporis: ut qui de seiuio, quod certo die seruandum est, aut de conacione quæ certo loco habenda est tristatur quidem, non tamen absolute tanquam nolens seiuium esse, aut conacionem, aliudve ad salutem animæ condicens.

Tertium est, acediam constitui vitium capitale: cuius sex sint filiae, malitia, rancor, pusillanimitas, desperatio, torpor, & euagatio mentis: de quibus agit D. Thomas in cit. quest. 5. art. 5. Nobis autem sufficiet notare cum Toloero in fine tractatus de septem peccatis mortalibus: malitiæ esse, quia homo odio habet ipsa spiritalia bona in se, quaque vellere non esse: aut qua ipsum penitet bene fecisse, & impennis quod tenebat facere, aut etiam quæ contemnit Dei beneficium, desiderando se non esse natum: aut non cognovisse Christum, &c. Hæcque est de se peccatum mortale, ut pote aperte contraria charitati, quæ debemus diligere nosipos propter Deum. Rancorem vero esse, quo fastidit & auersatur quis eos homines (vt concionatores & religiosos viros) qui ad spiritalia amplectenda inducuntur. Hoc non esse peccatum plusquam veniale idem author ait: addita exceptione nisi coniungatur cum odio quo talibus hominibus notabilis damnum optetur. Pusillanimitatem autem esse, quia homo non audet quæ perfectionis sunt amplecti. Hæcque ob humanam infirmitatem quæ forent, non videtur peccatum esse plusquam veniale. De despacio quid sit, & quale peccatum sit, satis constat ex secunda parte prædictis capitulis 7. Torporum porro esse, quo quis negligit suam salutem, omittens facere quæ ex præcepto tenetur. Quod cum sit contra charitatem, quæ debet suam salutem æternam diligere, dicens Dominus Matth. 19. Si vis ad vitam ingredi, serua mandata, dubium non est de se peccatum esse mortale. Euagacionem denique mentis esse defectum attentionis, quæ in rebus spiritualibus exequendas adhibenda est. Quæ tunc censeri debet mortalis, cum notabilis est, & culpabilis: attentioque contraria requiritur ad impletionem præcepti obligantis sub mortali; prout requiriunt ad impletum præceptum de recitandis horis Capitulum, & de celebranda vel audienda Missa.